



diente religionem. Et de hoc casu satis egimus lib. I. tota disp. 44. ubi id esse iustum probavimus, licet inerat matrimonium, & ante consummationem ingrediatur. Et ita tenebitur restituere expensas.

9. II. Casus est, quando nulla matrim. fide data, virgo consentiens deflorata est, aut precibus non inducentibus restituendi obligatiorem, & postea deflorator matr. illi promissit. Et in hoc casu existimo eum in foro conscientie posse ingredi religione, & sic non teneri ad partem expensarum restituendam (quid autem sit in foro externo dicemus n. 12.) Ducor, quod mera liberalitate processerit, quamvis sumpta obligatio ex precedenti delicto, quod nullam injuriarum rationem ante ex precedentem conditionem, nisi transitus ad religionem habeat in se inhibitam, nec ad restituendum aliquid obligabat, includit tacitam conditionem, nisi transitus ad religionem placeret. Et sibi imputet femina dampnum honoris, quod patitur: id enim non ex ingressu alterius in religionem, sed ex defloratione, cui volens consentit, nascitur.

10. III. Casus est. Quando defloratio fuit spontanea, nec data matr. fide, sed sola aliqua summa pecuniaria promissa, at postea deflorator matr. promissit loco illius summa pecuniariae. Et in hoc idem dico quod in precedenti casu dixi. Quia ad matr. nulla profusa obligatio processit, nec defloratio injuriosa fuit, illoque satisfacti sola pecunia promissa. Matrimonium autem promissio loco illius facta retinet implicitam conditionem, quam suapte natura habet, nisi promittens ad religionem transeat. Quare satisfacti hic ad religionem transiens reddens pecuniam prius promissam, & solam expensarum partem, quam solvere tenebatur. Quod si solvendo non fuerit, & spes fuerit fore solvendo, si in saeculo aliquantum demoretur, tenebitur demorari donec solvat, instar aliorum rei pecuniariae debitorum. Nec obstat hanc obligationem matr. tanquam subrogatam obligationi pecuniae, debere ejus naturam sapere. Quia sapit ad hunc sensum, quia sicut pecunia illa debebatur, ita & executio ejus promissionis: non tamen eodem modo. Quia illi non inest iure conditio, nisi transitus ad religionem placeat, quae tamen inest huic.

11. Ultimus casus est, quando defloratio fuit injuriosa, nempe violenta, aut precibus violentiae aequipollentibus, aut dolo, & postea deflorans, ut ei injuriarum satisfacti promissit ei feminae matr. Et in hoc eventu existimo si sua sponte & non metu coactus id promissit, non posse illum tuta conscientia ad religionem transire, etiam si matr. inerat, & ante consummationem transire velit: & ita si de facto profiteatur, tenebitur ad totas dispensationis expensas. Sicut dixi in I. casu relato n. 8. Ducor, quod cum hic ex vi injuriarum deflorationis teneretur vel eam feminam ducere, aut ejus dotem augere: juxta c. de adul. & potest late videri in Gutt. qu. canon. lib. 1. c. 37. an. 7. Et matr. promissio nequit dici liberalis, sed vere satisfaciens injuriarum violationis, & ex vi illius debita, quamvis non determinate, sed sub disjunctione. Quare cum deflorans promittit postea feminae acceptanti matr. non imponit sibi novam omnino obligationem, sed disjunctivam determinat ad alteram illius partem. Ergo contra hanc obligationem quam sibi voluntarie elegit imponendam, ut satisfacti gravissima injuria, non poterit ad religionem transire cum damno feminae, quae jure optimo potest quamcumque aliam injuriarum satisfactionem respicere. Et confirmatur, quia

cum in hoc casu magis injuriosa fuerit violatio, utpote violenta, quam dum sua sponte femina consentit promissio sibi matr. & eadem promissio sit jam facta, sicut non potest transire ad religionem, quando femina sponte consentit precedenti ea promissione, ratione injuriarum: ita ratione majoris injuriarum ex violatione coacta illata id non poterit, quando promissio matr. in illius satisfactionem ingressa est. Id enim quod semel placuit, nequit amplius in gravem feminae injuriam displicere. Dixi, quando sua sponte, & non metu coactus promissit. Quia cum seclusa ea promissione non teneretur ad matr. & sic non haberet impedimentum ad licitum religionis ingressum, nec ea promissione impediet, quia ob coactionis rationem minime obligat. Et quamvis in foro externo non juvaret, nisi metus in virum constantem caderet: at in foro conscientie sufficeret metus levis, ne obligetur ea (ut probavimus lib. 4. disp. 9. n. 4.) Dixi etiam quando fuit defloratio virginis. Quia si viduam honestam aut aliam non virginem sic violenter abique matr. fide cognovisset, licet postea promitteret illi matr. in satisfactionem, posset ingredi religione, & alio modo satisfacere injuriarum illatae. Quod cum nullo modo teneatur ad matrimonium (in virginis enim deflorationem id specialiter statutum est cap. 1. de adul. ut ad id vel ad dotem teneatur deflorator, ratione gravioris injuriarum) quamvis vi cognoscatur, quae non erat virgo, ea promissio fit omnino voluntaria, & sic habet imbitam tacitam conditionem, nisi transitus ad religionem placeat.

Hinc deducitur, eum, qui virginem defloravit etiam conscientie, & post defloratam dedit fidem matr. etsi in foro conscientie posterit ad religionem transire, & alio modo satisfacere injuriarum illatae. Quod cum nullo modo teneatur ad matrimonium (in virginis enim deflorationem id specialiter statutum est cap. 1. de adul. ut ad id vel ad dotem teneatur deflorator, ratione gravioris injuriarum) quamvis vi cognoscatur, quae non erat virgo, ea promissio fit omnino voluntaria, & sic habet imbitam tacitam conditionem, nisi transitus ad religionem placeat.

Hae autem matrimonii promissio, & quaecumque sponsalia non probantur testibus singularibus, neque ex his imperfectis probationibus integra & plena coalescit, ut probant Alex. toto consil. 143. vol. 2. & multos allegans contra alios oppositum sentientes. Ant. Gabr. c. 3. commun. l. 1. tit. de probat. c. 1. n. 36.



LIBER NONUS. DE REDDITIONE DEBITI CONJUGALIS.

Diviso Libri.

UM haecenus disputandum sit de requisitis ad constituendum matrimonium, & de secundis nuptiis: jam de effectu ac obligatione conjungente ex matrimonio inter ipsos conjuges, nempe mutua debiti conjugalis redditione ac cohabitatione differendum est; de qua praesens liber disputat. Hic autem ordo servandus est. Primo differetur, an actus conjugalis ex se sit licitus & obligatorius. Deinde de obligatione ad cohabitandum, Postmodum, quia actus quicumque bonus potest ex circumstantiis vitari, disputabitur de circumstantiis, ex quibus reddatur actus conjugalis vitiosus, nec teneatur conjux exactus ad debiti redditionem. Tandem de tactibus, ceterisque libidinosis delectationibus inter conjuges sponsoque de futuro: & hujus occasione etiam inter solutos.

DISPUTATIO I.

An actus conjugalis sit ex genere suo bonus ac meritorius, si in gratia exercetur?

SUMMARIUM.

Referitur sententia dicens nunquam exerceri sine peccato, n. 1. Impugnatur haec sententia, & proponuntur remissive bona excellentia matrimonium, 2. Actus conjugalis exerceri in gratia est meritorius, & an in ipso conferatur gratia ex opere operato, 3. Solvuntur argumenta: & explicatur cap. Vir cum propria, 33. qua. 4. n. 4.

Præter nonnullos hereticos, qui nuptias illicitas esse statuti sunt: quos late confutat Bellarminus lib. 1. de matrimonio a cap. 1. usque ad 5. non delunt ex Doctoribus catholicis, qui doceant actum conjugalem non posse abique culpa saltem veniali exerceri, quos tacito nomine refert. D. Bonae. 4. disp. 31. art. 2. quest. 1. & eisdem sententia fuit Hugo vir cum propria 33. q. 4. Daucetur primo autoritate D. Gregorii, respon. 10. ad interrogationes D. Aug. & refertur eo cap. Vir cum propria, ibi: Vir cum propria conjuge dormiens, nisi lotus aqua, intrare Ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet. Nemo enim culpa immanis ab Ecclesia ingressu arceri debet. Secundo, auctoritate Origenis hom. 6. in Num. ubi negat in coitu unquam Spiritum sanctum adesse. Tertio, quia Siricius Pontifex episcopus ad Himerium Tarraconens. verb. illa Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, ad eos, qui matrimonium copulantur, accommodat. Quarto, quia in actu matris intervenit turpitudine, & immundities: ut ex illo 1. Reg. 21. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, probat D. Hier. lib. 1. in Jovinian. & constat ex illo Apoc. 21. Hi sunt, qui cum mulieribus non sicut coinguntur, virgines enim sunt. Quo loco coinguntur vocatur omnis actus, quo perit virginitas, quam per actum matrimonii violari dicitur nemo. Quinto, quia utens actu conjugali postponit bonum rationis, cujus actu tunc sua sponte se privat aliis bonis inferioribus, quod sane perverio quaedam est debiti ordinis, ac proinde culpa. Sicut accideret in praesente bona fortunae honori ac vite. Tandem, quia in actu conjugali invenitur effrenata delectatio appetitus sensitivi: quod testatur verendum ipsa, quam, natura distans, homo patitur in actu venereo.

Ceterum veritas catholica est, actum conjugalem esse ex se licitum, posseque abique omni culpa exerceri. Quod constat primo, quia cum res, cujus per se usus est malus, iniqua sit, si actus conjugalis, qui est per se matrimonii usus, malus esset, neque abique culpa exerceri posset, matrimonium ipsum iniquum esset. Quod manifeste haereticis est: cum sit institutum a Deo ad generis humani propagationem. Secundo, quia actus conjugalis reddendi debitum est actus virtutis justitiae, cum reddatur conjugi debitum ex pacto matrimoniali contractum. Præterea, tam in peccato, quam in reddente, ordinatur ad propagandam sobolem ad cultum Dei, conservandamque speciem: ad quod ipsa naturalis ratio inclinatur. Insuper is actu sacramentali sanctitate gaudet, ex significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia. Et quamvis aliqua detrimenta videatur afferre, ea tamen compensantur bono sine prole, ac sacramenti, ut late explicavimus lib. 2. disp. 29. fere per totam: ergo actus conjugalis est bonus. Tandem, quia Deus

optimus maximus protoparentibus nostris actum conjugalem præcepit, Genes. 2. Crescite, & multiplicamini: blaphemum autem esset, credere actum de se malum præceptum a Deo.

Hinc manifeste inferitur, actum conjugalem in gratia exercitum, debitorumque circumstantiis vestitum esse meritorium: prout in ceteris bonis actibus juxta contingit. Quod nullus sane Theologus negat, nec negari potest. Quod si roges, an in ipso actu conjugali conferatur gratia sacramentalis ex opere operato. Dic conseri quidem ex opere operantis: ut in aliis operibus bonis: non autem ex opere operato, cum non sit sacramentum, nec pars ejus necessaria. Quare gratia sacramentalis conferatur ex opere operato, dum Sacramentum ipsum matrimonium per verba de praesenti celebratur. Antiquitus autem, cum matrimonia clandestina erant valida, dum sponsalia de futuro transiebant per copulam in matrimonium, dabatur gratia ex opere operato, in ea priori copula. Quia vicem formae sacramentalis gerebat: explicabit enim consensum de praesenti. Ita docent Bellarmin. lib. 1. de matrimonio. cap. 5. Cui addo, etiam hodie posse aliquando perire matrimonium, quod prius verba de futuro erat intum. Ut explicavimus lib. 3. disp. 40. numer. 7. & tunc conferre gratiam ex opere operato, tanquam formam pericentem sacramentum.

Ad argumenta num. 1. proposita resp. Ad 1. dic, non id dixisse D. Gregor. ob culpam aliquam quae in ipso matrimonii actu inveniat, sed ob decentiam quamdam, eo quod actus ille ineptum quodammodo reddat hominem ad spiritualia & sancta pertractanda. Quia verbis subquentibus explicuit, ibi: Nec hec decentes deputantur culpam esse conjugium: sed quia ipsa licita admixtio conjugum sine voluptate esse non potest. Vel 3. dic, id accidere: quia quamvis sine culpa exerceri possit, ea tamen est humana fragilitas, ac propensio ad voluptatem venerem, ut vix culpa venialis in actu desideretur. Ad 2. dic, Origenis mentem esse, non quod omnino Spiritus sanctus in eo actu ablit, sed quod non addit specialia quaedam auxilio, sed generali, veluti ad reliqua bona opera justorum naturalia. Ad 3. dic, non loqui de nuptiis iustis, sed de sacris celebratis per sacerdotes, qui voto solemnium continentiam arctantur. Ad 4. respondeo, dici immunditiam & coinguntionem, non moralem, quae culpam constituit & coingunturalem: quia membris turpibus, & pudendis, sedoque motu exercetur. Ad 5. dic, non esse debiti perversionem, si quis leve aliquod detrimentum in bono posteriori & altiori subeat, ob inferiora bona, si tamen ea maximi momenti sint, quale est bonum speciei, quod ex generatione consequitur. Sicut ob individui conservationem iuste intermittitur somni tempore actiones superioris rationis. Ad ultimum dic, illam effrenatam & intemtam appetitus sensitivi delectationem esse malum penae ex originali labe promanans: minime autem malum culpae, quando limites rationis non transgreditur.

DISPUTATIO II.

An actus conjugalis, quoad petitionem & redditionem debiti, sit sub praeccepto?